



320
20

Z. n. 18.



18. iij.



ICONAS
SANCTORUM APOSTOLORUM
PETRI ET PAULI
IN BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM PLUMBEIS
CONSPICIAS
CONTEMPLATUS

AD
ORATIONEM VALEDICTORIAM
VIRI

MAXIME REVERENDI AMPLISSIMI ATQUE
EXCELLENTISSIMI

DOMINI
M. GEORGII
CHRISTOPHORI
BUTTNERI

MATHES. LOGIC. ET METAPHYS. IN ILL. AUGUSTEO P. P.
ET CONSISTORII SAXO - QUERFURT. ASSESSO-
RIS GRAVISSIMI ET MERENTISSIMI

NUNC
DIOECESII SAXO-QUERFURTENSIS ET SITTENBA-
CHIENSIS VOCATI

SUPERINTENDENTIS

AC PASTORIS ECCLESIAE CIVITATIS QUERFURTENSIS
DIGNISSIMI ET VIGILANTISSIMI

D. XVII. OCTOBR. A. C. IN AUDITORIO ILL. AUG. MAJORI
BENIGNE AUDIENDAM

ILLUSTR. AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES AC LITERATOS ET
ILL. AUGUSTEI CIVES

DECENTISSIME HUMANISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS SS. TH. B.
CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.





Altos variosque Docentium in Ecclesia ordines a Deo constitutos esse ipsis sacris Literis docemur. De nullo autem ordine magis disputatum est, quam de *Episcoporum* ordine eorumque potestate & jurisdictione & in antiquis Ecclesiis serie. Integra volumina his disputationibus referta sunt, quorum Auctores recensuerunt C. *Sagittarius* in Introduct. ad Hist. Eccl. c. 20., *Srv. Walb. Stüerius* in Propyl. Hist. Eccl. p. 134. 139. *Mart. Lipenius* in Biblioth. Theol. p. 598. 139. & de Controversiis singulis singuli Scriptores. Nostræ Ecclesiæ Evangelicæ Sacris Literis & praxi Apostolicæ conformem sententiam de Episcoporum ordine & potestate Status Protestantium expofuerunt in Augustana Confessione Art. VII. Abuf. & in Apolog. A. C. art. XIV. nec non in Articulis Smalcaldicis & in Syftematicis Theologi passim. A qua quantopere difcedant Pontificii graviter ostendit *Mart. Chemnitius* in Exam. Concil. Trid. p. 583. 139. *J. Gerhardus* in Loc. Theol. T. 6. & in Confess. Cathol. aliique & eos refutant. Id vero mireris, Pontificios, qui æqualem ipsorum Apostolorum auctoritatem & potestatem in instruenda regendaque Ecclesia ægre admittunt, nec a quo animo ferunt *Arnaldum* Sorbenitam propriæ fidei socium in prælat. ad tr. de frequenti communione §. 6. p. 17. *PETRUM* & *PAULUM* appellasse *duo Ecclesiæ capita*, & defendisse, *V. Iriginus* in Heptade Diss. p. 401., nihilominus ferre in Pontificum Romanorum Bullis plumbeis *PAULI* imaginem non minus quam *PETRI* exprimi, & ita quidem, ut *dextrum locum* occupet *Paulus*, & *Petrus sinistrum*, adeo ut *Paulus* Petro non modo æqualis, sed prælati etiam videatur. *V. Bullaria* antiqua. Qua *Pauli* dextri & *Petri* sinistri imagine etiam *Antiochenus Princeps BOEMUNDUS* in Bullis suis usus esse legitur apud *Ughellum* T. 4. Italiæ S. p. 115. Eaque pariter Romæ in Basilica *Petri* & *Pauli* & in multis aliis locorum picturis & sculpturis antiquis conspicitur. Non possum, quin imaginem insignem istam Bullis Pontificum plumbeis jungam, quam *J. C. Battellus* in dissertatione Romæ 1705. edita de Sarcophago Marmoreo *Probi Anicii* & *Probz Falconiz* in Templo Vaticano, exhibet & describit fusaque explicatione illustrat. Est vero imago sculpta, ipsa veneranda *SALVATORIS* nostri insistentis monti, e quo quatuor fontes erumpunt, juvenilis & imberbis effigies, quæ altera manu crucem geminis ornatam, altera volumem complicatum tenet. Ad ejus dextram *S. Pauli* & ad sinistram *S. Petri* simultra posita sunt. Porro ad dextram *Pauli* quatuor Apostoli, totidemque alii ad sinistram *Petri*, bini per singula loculamata dispositi sunt. *Salvator* ut & *Apostolice* runica & pallio amicti apparent & sandalis calcæati. Plerique itidem Apostoli vulmina in manibus præferunt. Horum omnium rationes prolixè exponit *Battellus*, quæque & recensentur in *Actis Eruditor. A. 1706. p. 203.* In primis autem *Battellus* notatu digna visa est *Apostolorum* *Petri* & *Pauli* collocatio, qua *Paulus* ad *Salvatoris* dextram, *Petrus* vero ad sinistram positus adparet, quæque mulierum doctorum ingenia torfisse fateatur, & varias variorum sententias adfert, quas & circa Bullas Pontificum aliasque *Petri* & *Pauli* imagines legimus passim congestas. *V. Hoffmanni* *Lex. Univ.* in voce *Bulla. Bellarmini*. T. 1. Controv. 3. de S. P. I. c. 27. & quos mox plures nominabimus. Etiam inter MSS. *Quedlinburgensia* n. 2. 5. recensetur aliquod a *Cl. Eckart* p. 29. scriptum huc pertinens sub titulo: *quare in Bullis P. R. Paulus ad dextram & Petrus ad sinistram collocetur.* Alii enim ut *Antonius Nebriffensis*, *Chaffæus*, *J. G. Bocanus*, *Baronius*, *Macrus* &c. *Petrum* ad sinistram collocari existimant, quia pars læva apud veteres cum Romanorum Græcos ipsosque Hebræos dignior dextra in sacris habita fuerit, quod confutatur ab *Allatio*, *Macedone*, *Roccaberto* & *Mucantio.* Alii ergo ut *Antonius Pagi* *Crit.* ad *Baronii* *Ann.* 45. & *Mabilonius* de re diplomatica l. 2. c. 14. dicunt: *Paulum* respectu *Petri* quidem dextrum videri, sed non item si cum aspicientibus comparetur; nam horum respectu non *Paulum* sed *Petrum* dextro loco positum esse agnoscendum; seu ut *Lambecius* T. 4. Biblioth. Vin-

Vindob. p. 317. loquitur, Paulum potius ex aduerso stare velut auscultantem; & *Bellarminus* l. c. comminiscitur, Paulum ad Petri dextram collocari, ut eum precedat & ferme totum regat, quod argumentum obsequii in Paulo sit & dignitatis in Petro. *Theophilus Raynaudus* tr. de Bicipite Ecclesia sub Petro & Paulo T. 10. Opp. *Suarezum* secutus putat hoc solvi posse dubium verbis Christi: qui maior est fiat minor; & Petrum, quia Romæ tanquam in propria domo sederet, Paulo tanquam hospiti honoris causa dextrum locum concessisse. Eandemque rationem reddi posse ait, quod Romæ in Basilica Petri & Pauli, statua Pauli, quæ ad dextrum Crucis Dominicæ latus posita est, in Misis solennibus prius quam statua Petri ad sinistrum latus posita thurificari soleat. *Thomas Aquinas* Petro sinistrum locum & Paulo dextrum datum esse iudicat, quia ille à Christo adhuc in terris versante, hic à Christo jam glorificato vocatus est. A quo non multum abiisse legitur *Mattheus Parisius* ad Ann. 1237. Paulo locum dextræ assignari autumans, quia in Christum credidit, etsi in diebus carnis ipsum non vidit. *Petrus Damiani* Paulo dextrum locum dari adserit, quia è tribu *Benjamin* ortus est; quod nomen *filium dextræ* significat. Ex *Rafaelis Salmasius* Paulum ad dextram positum esse arbitratur, quia Romana Ecclesia in primis ex Gentibus collecta & Paulus gentium Apostolus fuit. Et *Barnabius* Exerc. ad Bar. p. 467. Paulum ad dextram figuratum esse censet, quia prior pro Romæ Ecclesiæ salute laboraverit. Alii præterea ordinem illum jam Græcorum in Paulum affectui, jam Sculptorum & Pictorum errori, jam diversis Templorum fructuris tribuunt. Quæ quantum valeant, quilibet facile animadvertit. Hinc supra laudatus *Battellus* l. c. p. 72. æqualitatem inter utrumque Apostolum diutius negare non audeat, hoc tantum (quam vere, si bullas Pontificum respicio, jam non dicam) advertens, illam consuetudinem ponendi effigiem Pauli ad dextram in Ecclesia non fuisse perpetuam & constantem, sed subinde variasse, ut hoc modo equalitas inter ipsos hos Apostolos significetur. Illa autem insignis *Raynaldi* l. c. subtilitas est, quam notavit *Iriguius* l. c. p. 498, quæ non sine singulari Dei providentia Paulum in persecutione *Neroniana* Capite truncatum, Petrum vero capite integro servato cruci affixum adserit, qualita argumentari liceret: Pauli caput esse recisum est. E. Petrus solus fuit caput Ecclesiæ. Verum si ejusmodi argumentatio admitti debet, etiam Petri primatus periclitabitur. Dicit enim potest, non sine singulari Dei providentia Petrum capite deorsum verso crucifigi voluisse, ut omnibus constaret, non Petrum sed solum Christum pro Ecclesiæ capite agnoscendum esse. Et quid dicemus de Cornelio aliisque Episcopis Romanis qui tempore persecutionum capite plexi sunt? scilicet dicendum erit ex argumentandi modo *Raynaldi*: nullum horum caput Ecclesiæ fuisse, quia capite plexi sunt. Cæterum hoc certum est, idem omnium Apostolorum fuisse officium eandemque & auctoritatem & potestatem in instruenda & regenda Ecclesia J. C., neque Petro, neque Paulo, aut ulli alii competiisse jus quoddam peculiare super reliquos Apostolos & Ecclesiam Universam: Nec alio sensu Apostolos dici posse Episcopos quam generali, quo Apostolatus Act. 120. nominatur ἐπισκοπή. Quam ἐπισκοπήν Apostoli, tamen si habitu in totam Ecclesiam habuerunt, & Episcopi sic καὶ ὄνομα & in communi fuerunt: actu tamen illam maxime in eo particulari loco, ubi versabantur, ut Petrus in Ægypto, Babylone, Antiochiæ, Romæ &c. & Paulus Corinthi, Romæ, Philippis &c. & Apostoli reliqui in Ecclesiis ubi commorati sunt aliis, exercuisse, & pro tempore, quo ibi docuerunt, sedem & cathedram habuisse dicti sunt. Sed necdum ordinarii speciales certo loco alligati Episcopi fuerunt Apostoli, qui jussi erant exire in totum mundum & plantare Ecclesiam & ab uno loco ad alterum progredi, prout e re Ecclesiæ esse visum fuit. Atque ita S. Petrum generali ἐπισκοπή signficatu Romæ Episcopum fuisse, quidam scribunt Veteres, nec eorum testimonio nos multum refragabimur: sed eodem prorsus modo & Antiochiæ & Hierosolymis & in aliis Ecclesiis, ubi aliquamdiu commoratus est Petrus, Episcopus fuit, & sedem & cathedram habuit, & in plerisque forte locis diutius quam Romæ. Non enim probari potest Petrum sub Claudio Romam venisse & XXV. annis ibi sedisse, etsi hoc crepent Pontificii & *Eusebii* chronico nisi videatur, aut potius *Hieronymi* latino Chronici interpre-

tauræ

ramento, quod notavit *Josaphus Scaliger* ad h. l. p. 189. & *Vedelius* de Cathedra Petri. l. 2. c. 13. & *Eusebio* in Hist. Eccl. contrarium esse docuit *Chamierus* panstrat. T. 2. l. 13. c. 4. Sed *Hieronymo* oppositius antiquiorem *Laetantium*, qui libro de mortibus persecutorum c. 2. Petrum sub Nerone denum Romam venisse testatur. Quam sententiam ex ipsis Pontificiis veram judicarunt *Seep. Baluzius* ad h. l. & *Antonius Pagi* ad A. C. 43. Nec minus Apostolus Paulus si non magis & certius eo generali sensu Romae Episcopus fuit ibidemque sedem & cathedram habuit & ab antiquis una cum Petro inter Episcopos Ecclesiae Romanae ponitur. Illustris est locus *Epiphanius* l. 1. T. 2. Haeret. XXVII. p. 107. *Ὁ τῶν γὰρ γενναίων Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἁπόστολοι αὐτῶν καὶ Ἐπίσκοποι, ἑναλίηδες &c.* & paulo post: *ἢ τῶν ὄντων τῶν Ἐπισκοπῶν διαδοχῇ ταύτην ἔχει ἀπὸ τῶν ἀποστόλων Πέτρος καὶ Παῦλος, ἄνω καὶ ἄλλοις, ἀλλήλων &c.* At enim vero si rem rectius perpendamus, potius dicendum est, ab Apostolis Petro & Paulo tanquam fundatoribus Ecclesiarum in Ecclesia Romana Episcopos ordinarios in sedentaria *ἐπισκοπῇ* constitutos esse Linum & Cletum & Clementem. Hoc loquuntur antiquissimi Patres *Irenaeus* l. 3. adv. Haer. c. 3. & *Tertullianus* Praefr. adv. Haeret. n. 11. Adeo ut Apostoli ipsi ordinarii Episcopi non fuerint, neque id, sunt verba *Andr. Fricii* de Republ. emend. p. 51. *civitas indignitate eorum diceretur, eos Apostolorum functione relicta munus Episcopale obtulisse.* Sed qui Ecclesiis particularibus praesent, ordinarunt Apostoli. Et hi in episcopatus munere suos nati sunt Successores cum Romae tum alibi, non autem Apostoli, qui speciali & moderna vocis Episcopi notatione nunquam tales sedentarii & uni certo loco alligati Episcopi fuerunt nec Successores habuerunt, praeterquam in docendi munere. Tantum abest, ut unus ex iis & alter fuerit Episcopus oecumenicus Romanus, quod de Petro statum vulgo Pontificii, & de utroque Petro & Paulo contendunt *Arnaldista*, ut hoc potius evidenter probent, nihil pro primatu Petri in Ecclesia Romana adferri potuisse, quod non aequè & plus valeat pro primatu & papatu Pauli, & neuter Papa fuerit. Sed unum Ecclesiae caput *Ephes. 1. 23.* *Col. 1. 28.* & unus Episcopus oecumenicus *1. Petr. 2. 25.* est Christus, de cujus Vicario & Vicariis nihil novit Scriptura, nihil tradit antiquitas. Proinde arbitramur in Bullis Pontificum conjungi Petrum & Paulum tanquam fundatores Ecclesiae, super quorum Apostolica doctrina & praedicatione Romana Ecclesia, aequè ac aliae, aedificata est: Paulum autem poni ad dextram ob prima & majora in Ecclesiam Romanam merita, quae ex epistola ad Romanos elucet. Nam sicut Apostolus Petrus suas praeter aliis Apostolis habuit prerogativas personales, *ἐξ ὧν προσηγορίας, aetatis & auctoritatis & plurimarum virtutum, quas Pontificii extollere norunt, attamen sine successione relinquere coguntur: ita praeter S. Petro S. Paulus eminuit, & sua habuit merita, & in officio suo Apostolico Supremis Apostolis non fuit inferior.* *λογίζομαι γὰρ* inquit *2. Cor. XI. 5.* *μηδὲν ὑπερημάνει τῶν ὑπὸ Νῆαν ἀποστόλων, quoniam ὅν κείνους περισσώτερος* gloriarī ex vero porvit. Haec antiquos in sigillis Pauli merita respexisse putamus & in sculpturis aliisque picturis expressisse, S. Apostolo Paulo dextrum locum assignantes. Non igitur Apostolos hos, nec unum, nec unum cum altero intuemur ut Romanae Ecclesiae Papas & Episcopos oecumenicos, sed ut hujus & aliarum Ecclesiarum fundatores & oeconomos, qui Episcopos ordinarunt & Divinas iis leges praescripserunt. *1. Petr. V. 1. 2. 3.* *1. Timoth. III. 1. 7.* &c. Has leges & Divinas Apostolorum admonitiones *Collega noster Amantissimus, VIR Maxime Reverendus Amplissimus atque Excellentissimus DN. M. GEORGIUS CHRISTOPHORUS BÜTTNERUS, Matthes. Log. & Metaph. P. Publ. & Ord. & Confessoris Assessor Dignissimus, & nunc vocatus Diaeceseos Saxo-Quersur. & Sittenbachiensis SUPERINTENDENS & Pastor Civitatis Quersur. Gravidissimus & Vigilantissimus, praec oculis habet & semper habebit. Qui cum Oratione solenni d. Oct. habenda nostro Ill. Augusteo valedicere instituit, illustris Aula Serenissima Ministros, utriusque Reipubl. Procures & Literatos, nec non Civos Ill. Augustei, ca qua decet observantia & humanitate rogo atque oro, ut Actui huic oratorio interesse, Valedicentem Dn. Collegam nostrum benigne audire, Vota votis responderent, piisque gratulationibus & precibus abeuntem DN. SUPERINTENDENTEM committari ne graventur. P. P. Dom. XXI. Trim. MDCCXXV.*

Leucopetra, literis G. A. Legii, Aul. & Augustei Typogr.

N^o 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







ICONAS
 SANCTORUM APOSTOLORUM
PETRI ET PAULI
 IN BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM PLUMBEIS
 CONSPICIAS
 CONTEMPLATUS

AD
ORATIONEM VALEDICTORIAM

VIRI
 MAXIME REVERENDI AMPLISSIMI ATQUE
 EXCELLENTISSIMI

DOMINI
M. GEORGII
CHRISTOPHORI
BUTTNERI

MATHES. LOGIC. ET METAPHYS. IN ILL. AUGUSTEO P. P.
 ET CONSISTORII SAXO - QUERFURT. ASSESSO-
 RIS GRAVISSIMI ET MERENTISSIMI

NUNC
 DIOECESIIUM SAXO-QUERFURTENSIS ET SITTENBA-
 CHIENSIS VOCATI

SUPERINTENDENTIS
 AC PASTORIS ECCLESIAE CIVITATIS QUERFURTENSIS
 DIGNISSIMI ET VIGILANTISSIMI

D. XXII. OCTOBR. A. C. IN AUDITORIO ILL. AUG. MAIORI
 BENIGNE AUDIENDAM

ILLUSTR. AULAE SERENISSIMAE MINISTROS
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES AC LITERATOS ET
ILL. AUGUSTEI CIVES

DECENTISSIME HUMANISSIMAEQUE
 INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS SS. TH. B.
 CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

es, nonrosque in. Au-
 fencia sua, favore & at-
 undatoris Divi Augusti
 um quondam Munifi-
 A. C. MDCCXXV.

